UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes, super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo innocentium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70506

Visual Library

Albertus hoc eſt fabula. Alij vero eum non dicunt eſſe mortuū. ſed dicunt eum cū enoch ⁊ helia trāſlatum id paradiſum pugnaturū cum antichriſto. ⁊ pro xp̄o ſuſcipiet martiriū. nec hoc videt̄ veriſimile tam dilectuȝ ſibi apoſtolum tamdiu. hoc eſt tanto tēpore vſqȝ ad finem mundi ſuſpēdere a ſua viſione ⁊ fruitione alijs apoſtolis in gloria exiſtentibus. Et ideo cum alijs dicendum eſt ꝙ beatus iohannes mortuus eſt ſed non per martyriū. ⁊ ꝙ ſtatim poſt mortem reſurrexit. ⁊ cū corpore ⁊ anima tranſlatus ſit ad locum beatorū. Et hmōi rei capit̄ argumētū. qꝛ in ſepulcro eiꝰ corpus nō inuenitur. ſȝ de fundo ſepulcri manna ſcaturit et ebullit in ſignum eius ꝙ populum dum viueret celeſti pane pauit. Non eniȝ videtur credibile ꝙ corpus tam dilecti apoſtoli deus ſine veneratione in celo et in terra reliquit. Et cū non inueniatur ad venerandum pium eſt credere ꝙ in celo beata vita ⁊ immortalitate ſit veſtitum. vt dicit albertus. ꝙ vero dr̄. Sic volo eum manere. ſic intelligit .i. nolo eum mori per martyriuȝ. nolo ꝙ perſecutoris ſupplicium eum ab hac vita preſcindat. qꝛ ⁊ ſi venenū bibit. non tn̄ nocuit donec veniā advocādū eū ad gloriā. Unde legit̄ in vita ſua ꝙ in vltima ſenectute ſua apparuit ei dn̄s. dicens. Ueni dilecte mi. qꝛ tempus eſt vt cum fratribus tuis mecum epuleris.

N feſto innocentiuȝ eſt euāgeliū. In illo tempore. Angelus apparuit in ſomnis ioſeph ⁊c. mat. ij. Circa quod poſſunt hec diſputari ¶ Primo. vtrum innocentes veraciter dicant̄ martires chriſti. ¶ Scd̄o. vtrū baptiſmꝰ ſanguis ſuppleat defectū baptiſmi aque.

D primā queſtioneȝ ſic procedit̄. Et videt̄ ꝙ innocentes p̄ xp̄o occiſi non dicantur veraciter martyres xp̄i. ¶ Primo ſic. nulla paſſio videtur meritoria et martyrij corona digna niſi ſit voluntaria. ſed paſſio iſtoruȝ innocentium non potuit eſſe voluntaria cum vſum rationis non haberent. ergo non vident̄ poſſe dici martyres. ¶ Scd̄o ſic. martirium eſt actus virtutis. ſed ois actus virtutis eſt voluntarius. ſed talis nō fuit in illis. vt dictū eſt. ergo ⁊c. ¶ Tertio ſic. martyr in greco dicitur teſtis fidei chriſtiane. ſed innocentes illi nō potuerunt eſſe teſtes fidei chriſtiane. cum vſum liberi arbitrij non haberent. ergo martires veraci-

ter dici non poſſent. ¶ In oppoſitum eſt fides eccleſie q̄ colit eorum martyriū tanq̄ verū. ¶ Reſpondeo dicendū. q̄ innocentes ꝓ xp̄o occiſi. fuerūt v̄i martires xp̄i. ¶ Circa quod ſciendū. q̄ ad euitandum argumenta facta aliqui dixerunt q̄ in innocentibus acceleratus eſt miraculoſe vſus liberi arbitrij. ſicut in iohāne baptiſta dū adhuc exiſteret in materno vtero ita q̄ etiam voluntarie paſſi ſunt. ⁊ ſm̄ hoc veri martyres fuerunt ⁊ voluntate ⁊ actu. Sed q2 hoc per auctoritatē ſcripture nō ꝓbaẗ. imo eccleſia dicit q̄ nō loquendo ſed moriēdo confeſſi ſunt. Ideo meli⁹ dicendum eſt. vt dicit ſanctus tho. (ij.ij.q. cxxiiij. arẗ. j. ad. j.) Iuxta auguſtinū. q̄ martyrij gloriam quam in alijs ꝓpria volūtas meretur. illi paruuli occiſi ꝓ xp̄o per dei gratiam ſunt adepti. Nā effuſio ſanguinis ꝓ xp̄o vicē gerit baptiſmatis. Unde ſicut pueris baptizatis per gratiam baptiſmalē meritum xp̄i operatur ad gloriam obtinēdam. Ita in occiſis ꝓpter xp̄m meritum martyrij xp̄i operatur ad palmam martyrij conſequendam. Un̄ aug. in quodā ſermone de epiphania quaſi eos alloquens dicit. Ille de veſtra corona dubitabat ī paſſione ꝓ xp̄o qui etiā paruulis baptiſmū prodeſſe non eſtimat. chriſti non habebatis etatem in qua paſſurum xp̄z crederetis. ſꝫ habebatis carnem in qua ꝓ xp̄o paſſuro paſſionem ſuſtineretis. ¶ Ad rōnes in oppoſitū. vna ſufficit reſponſio. q̄ ille ꝓcedūt de martyrio in adultis. in quib⁹ ad meritum martyrij et corone glorie cōſecutionez requiritur ꝓpria volūtas. ſed in puulis ꝓ xp̄o occiſis xp̄i meritū operaẗ totū in illis ſine vſu liberi arbitrij. ⁊ ita non loquēdo. ſed moriendo teſtes ſunt chriſti.

D ſecūdaz queſtionez ſic procediẗ. Et videtur q̄ baptiſmus ſanguinis nō ſuppleat defectū aque. Baptiſmus enim aque hꝫ efficaciā ex ope opato. baptiſm⁹ aūt ſanguinis ex ope operāte. vn̄ ſine caritate nō prodeſt. vt pꝫ. j. Cor. xiij. ſꝫ in pueris nihil hꝫ efficaciam ex opere operante. quia vſum liberi arbitrij non habent. ergo in eis baptiſm⁹ ſanguinis non ſupplet vicē baptiſmi aque. ¶ Scd̄o ſic. in baptiſmo ſanguinis non eſt niſi pena et cauſa. ſꝫ pena quādoq̄ non eſt proportionata ad tollendam totam penaz debitam pro peccatis. nec etiaz deuotio ad cauſam paſſionis cū quis ꝓ deo patiatur ad hoc ſufficeret. ergo baptiſmus ſanguinis non ſemper totam penaz debitam pro peccatis tollit. et ita non ſupplet in omnibus vicem baptiſmi aque. ¶ Tertio ſic. alia multa ſunt genera ſupererogā-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionum ſicut virginitas. cui de-
betur aureola.et doctrina ⁊ hu-
iuſmodi.ſed hec non ſupplēt vi-
cez baptiſmi.ergo nec martiriū
vt videtur.¶ In oppoſituʒ eſt qđ
dicit auguſtin⁹ de beato cipria-
no.ꝙ ſi quid in eo purgādū erat
paſſionis calice ablatū eſt. ergo
baptiſmus ſanguinis purgat vni
uerſaliter ⁊ ſupplet locū baptiſ-
mi aque. ¶ Reſpondeo dicendū
ꝙ baptiſmus ſanguinis q̄tū ad
id quod eſt res tantum videlicet
q̄tum ad remiſſioneʒ omnis cul
pe ⁊ pene.ſupplet locuʒ ſiue vicē
baptiſmi aque.quādo articulus
neceſſitatis ſacramētū excludit
Pro cuius intelligentia notan-
dum ꝙ (vt habet.iiij.ſen.di. iiij.
q.iij.ar.iij.q.iij.) baptiſm⁹ aque
efficaciam hʒ a paſſione xp̄i in-
q̄tum eam ſacramentaliter re-
preſentat.Baptiſm⁹ autem ſan-
guinis paſſiōi chriſti conforma
tur realiter non ſacramentali re
preſentatione.⁊ ideo in his que
ſacramentalia ſunt baptiſmus
ſanguinis nō ſupplet vicē baptiſ
mi aque. ſicut eſt impreſſio cara
cteris et huiuſmodi. ſed in eo
quod eſt res tantum ſupplet to-
taliter vicē baptiſmi aque. quā
do articulus neceſſitatis ſacra-
mentuʒ excludit.Sicut enim in
baptiſmo aque liberatur homo
ab omni culpa precedente pena.
ita in baptiſmo ſanguinis.¶ Ad
rationes in oppoſitum.¶ Ad pri
mam reſpondetur. negando con
ſequentiaʒ.Et ratio eſt.quia ba-
ptiſmus,non hʒ tantuʒ ex opere
operāte.ſʒ hʒ ex imitatione paſ
ſionis xp̄i.Vñ de martyribus dr̄
apoca.v.Lauerūt ſtolas ſuas in
ſāguine agni.⁊ ideo pueri q̄uis
liberū arbitriū nō habeāt ſi occi
dunt pro xp̄o in ſuo ſanguine ba
ptizati ſaluant.¶ Ad ſcd̄am rñ-
detur.negādo ꝯſequentiā.Et rō
eſt.qꝛ lʒ illa pena in ſe ꝯſiderata
nō eſſet ſufficiens ad liberandū
ab omni pena peccati. tñ relata
ad cauſam paſſionis accipit effi
caciam a paſſiōe xp̄i.cui aliquis
per talē penā cōformat ⁊ ex hoc
ab oī pena abſolui poteſt. ¶ Ad
tertiā rñdet. negādo ꝯſequētiā.
Et ratio eſt.qꝛ in ſupererogatio
nis ſeu pfectionis operib⁹ nō eſt
ita expreſſa conformitas ad paſ
ſionem chriſti ſicut in baptiſmo
ſanguinis, nec etiā in baptiſmo
penitentie.⁊ ideo non oportet ꝙ
in eis omnis pena dimittatur.

n feſto
bti thome can
tuariēſis. Poſ
ſunt diſputari
ſequētes q̄ſtio
nes.¶ Prima
vtruʒ thomas
archiepiſcop⁹
cantuarienſis
miniſtrauerit chriſto repetendo
res eccleſie ſue cum ſcandalo re
gis āglie.¶ Scd̄a.vtꝝ ſctūs tho
mas ī hac adminiſtratiōe ſubeū
do morteʒ meruit a celeſti patre
corona martyrij honorificari.